

feudis vero nouiter per emtionem ex vna familia in aliam translatis, ipsa emtio quoad agnatos in quarto gradu inclusive cum emtore constitutos, ¹⁸⁾ habent effectum simultaneae inuestitutae tacite. ¹⁹⁾

(p. 291.)

CAPVT XIII.

DE

IVRAMENTO FIDELITATIS
INVESTITVRAE ANNEXO.

DISTINCTIO I.

*Inter vasallagium & homagium.**Rubrum ex-
plicatur*

Iusiurandum, quo interueniente, vasalus fidem domino directo promittere solet, varias, antiquis praesertim temporibus, habuit denominations. Dicebatur enim vel *iuramen-*
tum

- ¹⁸⁾ Per REVERSALES de anno 1621. §. 30. MOEL.
¹⁹⁾ Conf. cap. XVI. Dist. 2. Ern. COTHMANNVS l. c.
Vol. i. R. 26. n. 226. seqq. V. 3. R. 20. n. 15. seqq. R. 35.
& 36. num. 24. V. 4. R. 15. num. 40. R. 19. num. 51. Petr.
TORNOVIVS de feud. Mecklenburg. P. 1. p. 259. seqq.
Ge. ENGELBRECHT Diss. de singul. feud. Meckl. iu-
ribus S. 2. §. 21. De feudis Pomeranicis consule Dav.
MEVIVM in Conf. 44. n. 37 seqq. Conf. 90. num. 126. seqq.
CHEMNITII Consilium quod est ultimum inter Consilia
Brunemannii n. 236. seqq. Sam. STRYCKII Dissert. de
feud. Pomer. Cap. 1. §. 5. seqq. Illustr. Herm. Henr.
ab ENGELBRECHT Dissert. de indole simultaneae in-
uestiturae Pomeranicae, eiusdemque discrimine a Saxo-
nica. MOEL.

Hoc contra clara verba allegati §phi. 30. Reuersalium de anno 1621. impingit, & me referto ad ea, quae ad Dist. III. cap. III. de hac quaestione iam commemoraui. BAL.